Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37654
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



In Codice signato B. 40. 883.

Biblia Hebraica & Chaldaica cum Targum et Masora. Tomus I. qui continet Pentateuchum.

In Codice signato B. 41. 883.

Biblia Hebraica cum Targum et Masora. Tomus II. qui continet libros Josue, Judicum, quatuor Regum, Item Prophetas Jeremiam, Isaiam, Ezechielem, Porro duodecim minores /: sic dictos :/ Prophetas. Tertius Tomus, qui continet Psalmos, & reliquos libros, desideratur. NB. Hæc Biblia in membrana maximi folij scripta multum conveniunt cum Biblijs Berolinensibus Regijs Manuscriptis, recensitis a Jo. Christoph. Wolfio in sua Bibliotheca Hebr. parte, seu volum: II. pag. 304., nisi quod nostra careāt illis rubris et ceruleis omnamentis, quibus illa instructa sunt. Hi duo pretiosi Bibliorum Codices, scripti sæculo XIII. vel XIV.to Quondam, ineunte videlicet sæculo XVI. extabant Lauingæ in Monasterio Ordinis Eremitarum S. Augustini, ut liquet ex Tomi II.di horū Bibliorum ultimo folio. Nesc

In Codice signato B. 42. B. 43. B. 44. Vide in Lit. J. 1. J. 2. J. 3.

In Codice signato B. 45. B. 46. B. 47. B. 48. B. 49. B. 50. B. 51. B. 52. vide pag. præcedent.

N.B. In locum supra signatorum numerorum /: B. 45. & 46. :/ accessit: gwrtenal. 221.

Antiphonarium, seu Cantus choralis, pro tempore, & festivis diebus totius Anni, cum Comunibus, & Missis de Requiem; ad usum Religiosorum Dominorum Ord. S. P. Benedicti in domo Petri, vulgo Petershausen, prope Constantiam existentium. — Codex valde elegans, circa finem Sæc. XIV. nitidissime scriptus, duobus Voluminibus in Fol. regal. continet membranas = 369., & ex integro tantum duo circiter folia desunt. — Literæ initiales ad 35. numero, sunt pictæ; referunt pleræque figuras, seu imagines, temporibus vel festis accomodatas, & auro egregie exornatas; inter quas /: præter Insignia Monasterii in aversa parte prioris Tomi existentia :/ eminent folia = 2., 20., 24., 37., 158., 181.v 186.v 188.v 197.v 201. 234.v 253. 256. 278. 290. 292.v 311.v 317. 336. 354.v = ubi non solum pulchræ repræsentationes, sed etiam plantarum flores limbum circumdantes, ac animalia varii generis gratissimum præbent aspectum. — Sublato dicto Coenobio, idem Codex pro pretio 200. florenorum /: chartæ Austriacæ :/ oblatus, & ab Adm. Rdo Dno Confratre nostro, Bibliothecæ insigni fautore, comparatus fuit Aō 1808.